DOM Pedro por gráça de Dcos Rey de Portugal, e dos Algarvcs dâquein, e dálem, Mar, em Africa Senhor de Guiné &c. Faço saber a vós Corregedor da Comarca de Coimbra, que eu fui servido mandar declarar á junta dos tres Eftados por resoluçao de dezanove do prefente mez de Junho, que naõ sô os bens Ecclesiasticos se naõ haõ de comprehender no lançamento dos quatro por cento, como se vos declarou na ordem, que vos foi para fazerdes o dito lançamento em vinte e oito do mez de Mayo proximo passado; mas que da mesma forte se naõ devem comprehen-

der no dito lançamento os bens profanos, que os ditos Ecclesiasticos tiverem: o que se naõ entenderá nos bens, e fazendas, que os Ecclesiasticos comprarem depois de lanicados nellas os ditos quatro por cento, porque delles se ha de cobrar o que lhe tocar, por ser da jurisdiçao Real fazer, que o encargo seja Real, e passe com a propriedade; e a esta ordem dareis comprimento, como nella se contém, da qual se tomou já razão na Contadaria General de Guerra. El Rey nosso Senhor o mандou pelo Conde de Aveiras do seu Concelho, e por Antonio Pereira da Sylva, Conego Magistral da Sé de Evora, e Deputado do Santo Officio, ambos Deputados da dita junta dos tres Eftados. Joaõ de Sousa So-
to Mayor a fez em Lisboa a vinte e cinco de Junho de seis centos e noventa e oito: Manoel Correa de Sousa a fez escrever. O Conde de Aveiras. Antonio Pe-
reira da Sylva.

CAPUT XXI.

Familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis, an à muneribus, & honoribus, ac oneribus Conciliorum sint immunes, & à quibus?

SUMMARIUM.

I Familiares, officialesquè Sanc-
tæ Inquisitionis, an à muneribus, & honoribus, ac oneribus Conciliorum sint immunes, & à quibus?

- 8æ Inquisitionis sunt immunes ab officiis Conciliorum.
- 2 Verba privilegii referuntur.
- 3 Dic̄tio primum ordinem respicit.
- 4 Ordo est summè necessaria.
- 5 Privilegium præterita non comprehendit.
- 6 Dic̄tio deinceps ad futura referuntur.
- 7 Princeps in generali cōcessione tertio præjudicare velle nō censemur.
- 8 Privilegium concessum ad instar Senatoris non liberat à jugata ante solvi solita.
- 9 Lex non ad præterita, sed ad futura lata cēsetur, & privilegium lex est.
- 10 Familiares, officialesquæ sūt privilegiati in materia præsenti.
- 11 Privilegiati nūcupari nō possunt, quibus aliquid speciali jure non est concessum.
- 12 Privilegium juri communi aliquid addere, vel detrahere debet.
- 13 Finta apud nos, est apud latinos collectia, & qui de collectis agunt.
- 14 Verbum talha apud nos impositionem significat.
- 15 Familiares, officialesquæ à petitiis sunt immunes: Prælati petita facere nō possunt, ibid.
- 16 Decuriones possunt petere pecuniam mutuam à ditionibus ad necessitatem populi.
- 17 Familiares, officialesquæ non
- solum ab expressis oneribus, sed à quibuscumquæ aliis sunt immunes.
- 18 Dic̄tio proflus tollit omne dubium, & omnia includit.
- 19 Cōcilia regulariter collectas imponere non valent.
- 20 In aliquibus tamen casibus recte valent.
- 21 Quocūque modo, & causa familiares, officialesquæ à Conciliis collectari non possunt.
- 22 Dic̄tio quovis modo omnia cōprehendit, etiam ea, quæ alias non venirent.
- Includit omnē modū, tam principalem, quam directum, tam incidentē, quam indirectum.
- 23 Familiares nō tenentur solvere collectas impositas à Conciliis ad prosequendam litem.
- 24 Decuriones possunt has collectas imponere.
- 25 Nec collectas impositas pro satisfaciendis præmiis illis, qui lupos occidunt.
- 26 Quas Judex ordinarius imponere potest.
- 27 Nec impositas pro alendis infantibus expositis.
- 28 Quas Decuriones per se imponere valent.
- 29 Nec impositas pro conservandis sacerdotalibus seminariis.
- 30 Quas Decuriones imponere valent.
- 31 Nec impositis pro alendis incarceratis.
- 32 Quas Decuriones imponere valent.

- 33 Nec impositas ex causa belli, pestis, famis, aut magnæ necessitatis.
- 34 Quas Decuriones imponere valent. Nec impositas pro celebrandis.
- 35 Nec impositas pro extingueda locustarum plagâ.
- 36 Quas Decuriones imponere possunt.
- 37 Nec impositas pro celebrandis processionibus, nisi familiaris ratione officii mechanici teneatur.
- 38 Immunes non sunt à collectis, quæ imponuntur pro construendis, reponendisquæ Ecclesiis.
- 39 Nec ab illis, quæ imponuntur ad eas de necessariis decenter ornandas.
- 40 Forēsis ad has collectas nō tenetur, licet ibi possideat bona.
- 41 Habens duas parochias, quo ad parochiam, quā magis frequentat, collectari potest.
- 42 Familiares, officialesquæ non possunt cogi ad mutuandam pecuniam reipublicæ.
- 43 Proponitur, an teneatur ad collectas impositas pro construendis, reparandisquæ muris, pontibus, fontibus?
- 44 Resolvitur affirmativè.
- 45 Ab his collectis nemo eximitur nisi qui ostenderit privilegium specificum.
- 46 Munera hæc publica sunt, & ab iis nemo liber existit.
- 47 Referuntur plures, qui sunt immunes à collectis, & ad has teneantur.
- 49 Agricolæ incapitali fidalgorum à collectis Conciliū sunt immunes.
- 50 Tamē ab his non excusantur.
- 51 Senatores etiam ab his collectis immunes sunt.
- 52 Familiares, officialesquæ non tenentur à collectis, quæ sunt ad construendas, seure distandas ageres.
- 53 Nisi ibidem jugerum, seu glebârum sint possessores, in hoc casu etiam Senatores collectâtur: ibidem.
- 54 Colloni Canonicorum reguli etiam à collectis impositis pro pontibus sunt immunes.
- 55 Familiares, officialesquæ non sunt immunes ab onere tenuidi æquam ad procreationem.
- 56 Senatores, & omnes, qui eorum privilegio muniuntur, immunes sunt.
- 57 Familiares, officialesquæ non possunt cogi transmutare carceratos.
- 58 Nec ad ferendam pecuniam de loco ad locum.
- 59 Ad hos Decuriones possunt cogere unum de concilio.
- 60 Munus, tutoris, & curatoris subire quisquis compellitur.
- 61 Non verò familiares, officialesquæ Sandæ Inquisitionis. Nisi tutella, seu cura sit legitima: ibidem.
- 62 Regulare est, quod privilegiū immunitatis à tutelis, seu

- curis ad legitimas non extēditur.
- 63 *Agricole Senatorum incipitati à tutelis, & curis excusantur, sed non à legitimis.*
- 64 *Officia reipublicæ exercere in iuri non coguntur familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis.*
- 65 *Si vero exerceant, & delinquent, privilegio non obstatæ à judicibus ordinariis puniri valent.*
- 66 *Conclusio hæc tam officia maiora, quam inferiora, tam plebæ, quam honorifica cōprehendit.*
- 67 *Est hæc limitatio regulæ, quod ab officiis honorificis nemo excusat, quantumvis prilegiatus.*
- 68 *Ideoquæ neque iudices, neque decuriones, neque aedilles, neque procuratores, aut depositarii Orphanorum esse, cogi valent.*
- 69 *Appellatione officiorum honorifica veniunt.*
- 70 *A prædictis quinque officiis attento etiā jure nostro nemo etiā prilegiatus excusat.*
- 71 *Agricole incipitati fidalgorum ab officiis consiliorum sunt immunes.*
- 72 *Et à prædictis quinque non excusantur.*
- 73 *Id procedit circa agricultores Senatorum.*
- 74 *Nullum est privilegium tribuens banc exemptionem.*
- 75 *Immunitas concessa à muneribus ad extraordinaria non protrahitur.*
- 76 *Ex mēte legislatorū hæc omnia limitat, si tempore latarum legum familiares non erant, & ideo in mentem venire non poterant: ibidem; nec est credendum, quod si lex de illis cogitasset, eos voluisse comprehendere propter incompatibilitatem: ibid.*
- 77 *Generalis est dispositio legis.*
- 78 *Et non cōprehendit privilegiatos ex titulo oneroso, vel ob benemerita.*
- 79 *Nec fidalgos, nec milites, aut reguengarios.*
- 80 *Lex, seu dispositio generalis restringitur ex ratione particulari.*
- Nulla ratio excogitari potest potentior favore religionis.*
- 81 *Familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis cogi non possunt esse receptatores, depositarii, exadiiores, nec alia officia quocumque nomine dicta exercere.*
- 82 *Nec procuratores curiarum.*
- 83 *Si tamen exercere inceperint, continuare coguntur, nisi Apostolici Inquisitores eis indigeant: ibid.*
- 84 *Ad officia, quæ ad cultum Divinum spēdiant, non excusantur.*
- 85 *Domus, in qua vivunt familiares, officialesque, sive sint propriæ, sive alienæ, alteri dant*

- dari non possunt.
- 86 Imm*od* si illis indigeat, illis sūt concedendæ.
- 87 Et ad familiam frustus, & animalia.
- 88 Et ad eas locandas dominus compelli potest.
- 89 Sive solitæ sint locari, sive non sint, si alibi eas invenire non valent.
- 90 Pro eodē pretio cæteris præferuntur etiam privilegiatis.
- 91 Dum modo privilegiati in detentatione non existant.
- 92 Nec finitā prima locatione do minus alteri potest locare.
- 93 Regula est, ut finitā locatione dominus possit, cuicunque velit, locare.
Falit favore familiarium, officiālumquæ, & scholasticorum: ibidem.
- 94 Liberum non est odmino eas locare pretio, quo voluerit.
- 95 Sed sunt taxandæ per electos à locatore, & conductore, vel à judice privilegii in cuiuscumque contumaciam.
- 96 Nisi de publico certæ ad taxadū designatae sint personæ.
- 97 Nec dominus potest expellere familiares, officialesquæ ex supervenienti necessitate.
- 98 Regula est, quod etiam durante locatione Inquilinus expelli potest ex superveniente necessitate.
- 99 Falit favore eorum, & scholasticorum.
- 100 Maior utilitas publica ver-
- satur in eos conservando in conductione, quām in occurrendo necessitatī domini.
- 101 Nec expelli possunt prætextu restaurādi aedes, si restauratio habitationem non impedit.
- Si opus fuerit exire, aedes post restorationem sunt restituendæ illis, & scholasticis: ibidem.
- 102 Nec expelli possunt, ètsi dominus indigeat ad habitationem suorum familiarium, & ita quoad scholasticos.
- 103 Nec etiam si illis incipiat indigere pro suo condendo frumento ad horrea.
- 104 Familiares, officialesquæ si domos solitas locari non inventant, & ob hanc indigentiam abesse cogantur, possunt expellere proprios dominos.
- 105 Id procedit quoad scholasticos, & trahitur ratio.
Hoc fieri non debet nisi in extrema necessitate: ibid.
- 106 Familiares, officialesquæ nō solventes tempore debito, vel in domos meritrices inducentes expelli possunt.
De scholasticis id est praticadū.
- 107 Cōductores ad decē, & ultra annos expelli non possunt.
- 108 Fallit respectu scholasticorum ex speciali privilegio.
- 109 Decuriones, & Judices non possunt cogere familiares, ut panem sum vendant.
- 110 Emere, vel vendere nemo invictus

- vitus cogitur.
- 111 Tempore necessitatis Decuriones cogere valent divites, ut justo pretio pauperibus panem vendant.
- 112 Ex necessitate multa conceduntur, quæ alias denegâtur.
- 113 Solus Princeps valet panem generaliter taxare.
- 114 In repentina necessitate famis, pestis possunt Decuriones aperire horrea, & pretiu taxare.
- 115 Quandò periculum est in mora, ea fieri possunt, quæ secluso moræ periculo in consulto Principe fieri non valent.
- 116 Quâvis Princeps jubeat, ut omnes cogantur vêdere quibuscumque privilegiis non obstantibus, & sine exceptione personarum.
- 117 Dùmodò privilegia pro expressis non habeat, & deroget dispositionem legis requirentis specialem mentionem.
- 118 Privilegium concessum ratione exuberantis favoris ad revocationem speciali indiget mentione.
- 119 Privilegium clausum in corpore juris per clausulam nō obstantibus non recusatur.
- 120 Privilegium ob merita concessu speciali revocatione indiget.
- 121 Privilegium illustribus concessum derogationem speciali postulat.
- 122 Ministerio Sancti Officii nibil aquè illustrius, excellenteriusque excogitari potest.
- 123 Familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis possunt prohiberi, ne foras panem suum vendant.
- 124 Prohibitionem hanc recte imponunt Decuriones.
- 125 Nec ultra taxam vendere valent.
- 126 Vendêtes ultra taxam, quâdo ad restitutionem teneantur, remissivè traditur.
- 127 Familiares, officialesque quoad panes, quos ad vendendum emunt, vel negotiationis causâ consequuntur, privilegio non utuntur.
- 128 Vina sua vêdere, vel alio modo alienare etiâ cogi nō possunt prætextu necessitatis.
- 129 Vendentes verò vinum, ejus pretium taxari potest.
- 130 Nec etiam res parvi pondoris auferri debent à familiaribus, officialibusque Sancti Officii.
- 131 Equi, mulli, asinique capi non possunt à familiaribus, officialibusque prætextu necessitatis.
- 132 Eodem fruuntur privilegio conductores redditum regalium.
- 133 De privilegiis conductorum reddituum regalium remissivè.
- 134 Non excusantur quâdd animalia solent locare.

135 De vidicitionis salvo.

136 Nullares auferri potest quocumquè prætextu à familiaribus, officialibusquè Sanctæ Inquisitionis illis invitit.

137 Clausula, nec res aliqua omnia comprehendit, & universalis est.

Sebastianus quondam Rex noster inter varia privilegia, quæ familiaribus, officialibusquè Sanctæ Inquisitionis concessit, illud dedit, ut à muneribus, oneribus, & honoribus conciliorum fuissent immunes, per sequentia verba ibi: *Primeiramente hei por bem, que sejaõ daqui em diante privilegiados, e escusos de pagarem em fintas, taxas, pedidos, emprestimos, nem outros alguns encargos, que pelos Concelhos, ou lugares onde forem moradores, forem lançados por qualquermodo, e maneira que seja, nem sejaõ constrangidos, a que vãõ comprezos, nem ccm dinheiro, nem sejaõ tutores, ou curadores de pessoa alguma, salvo se as tutorias forem lidimas, nem hajaõ officio do Concelho contra suas vontades, nem lhe tomem de apozentadoria suas casas de morada, nem Cavalhariças, nem quaesquer outras casas, em que elles pouzarem, posto que suas naõ sejaõ, antes lhas dem, e saõ dar de aluguer por seu dinheiro, se as elles naõ tiverem, e houverem mister, nem lhes to-*

mem seu paõ, vinho, roupa, palha, sevada, lenha, galinhas, óvos, besta de sella, nem de albarda, salvo se trousserem as ditas bestas ao ganho, porque em tal caso serão escusos, nem assi mesmo lhes tomem cousa alguma do seu contra suas vontades; ex quibus verbis multa, & varia privilegia familiaribus, officialibusquè Sanctæ Inquisitionis concessa esse apparent, quorum materia lato, fusquè calamo tractata peculari indigebat tractatu, sed nos persingula verba relata breviter discurrente resolutiones præcipuas, & magis necessarias dabimus.

Primò ad illa verba: *Primeiramente*; notamus dictiōnem esse, quæ ad ordinem respicit, ut sua dicenda propria obtineant loca; *Barbos. de dictiō. dict. 283. nam: Omnis res floret, quam justus dirigit ordo:*

*Omnis sed evertit reprobis ordo donū.*⁴ de quo multa diximus in divisione nostri operis de muner. judic. *Orphanor. & in division. & tradit. de recusatiōnib. & tradit. de divisionib. & tradit. de dation. & obligat. tutor.*

Secundò ad illa verba: *Que sejaõ daqui em diante*, notamus prædicta verba fuisse apposita, ut per illa constaret intentionem Regis non esse, familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis privilegiatos facere, quoad præterita: sed

Nn

quo

6 quo ad futura, quia hæc est natura trahatur, & ideo privilegia ita ac-
dictionis deinceps, de quâ utitur cipienda sunt, ut aliquid juri
Rex, ut multis relatis resolvit communi addant, vel detrahant:
7 *Barbos. dictio. 89. numer. 1.* & *Molin. de primog. libr. 2. capit. 12.*
quia Princeps in generali conces-
sione in dubio non concedit vel-
le tertio præjudicium inferre in
lege, & jure sibi quæsito: *ex l. 2.*
§. si quis à Principe ff. nequid in
loc. public. l. rescripta *Cod. de*
precib. Imperatori offerend. ca-
pit. super eo 15. de offic. & po-
test. judic. delegat. Ord. nostra
lib. 2. titul. 57. in princip. ubi
8 *Peg. gloss. 2. num. 1. & 2.* ubi ex
hac ratione tradit judicatum,
quod privilegium concessum ali-
cui ad instar Senatoris non libe-
rat à jugata antea soluta, & deni-
que quia privilegium est lex, &
hæc non ad præterita, sed ad fu-
9 *tura lata censetur. tx. in cap. 2. de*
constitutionib. ubi Barbos. latissi-
mè Peg. ad Ord. lib. 2. titul. 18. §.
3. *gloss. 5. per tot. & lib. 1. tit. 2.*
§. 39. *num. 88. Barbos. axiom. 136.*
n. 22. *Portug. de donat. 2. p. cap.*
10. *à n. 115.*

10 Tertiò ad illa verba: *Privilegia-*
dos, e escuzos de pagarem, nota-
mus prædicta verba significare fa-
miliares, officialesquæ Sanctæ In-
quisitionis ad sequentia à regulis
communibus juris communis esse
immunes: nam, ut privilègiati dici
possint, regulis ordinariis subjici
non debent, siquidem privilegia-
ti nūcupari nō possunt, nisi hi, qui-
bus aliquid concessum est, quod
vel juri cominuni addatur, vel de-

trahatur, & ideo privilegia ita ac-
cipienta sunt, ut aliquid juri
communi addant, vel detrahant:
11 *Molin. de primog. libr. 2. capit. 10. à n. 79. Salg. de protect. Reg.*
2. part. cap. 13. à n. 177. & nos di-
ximus cap. 2.

Quartò ad illa verba: *fintas;*
notamus prædictum verbum nihil
significare apud nos, quām ver-
bum collecta apud latinos: *Peg*
ad Ord. lib. 1. tit. 66. §. 40.
gloss. 43. n. 1. Oliveir. de mu-
nner. Provisor. cap. 8. Portug. de
donat. Reg. 3. p. cap. 1. numer.
37. *Phæb. decis. 32. 33. & 34. &*
Arest. 67. & 68.

Quintò ad illa verba: *taxas,* no-
tamus prædictum verbum nihil
aliud significare, quam impositio-
nem, de quo in *Ord. lib. 2. titul.*
58. *in princip. ubi Peg.*

Sextò ad illa verba: *pedidos;* no-
tamus *Ord. lib. 2. tit. 49. prohibére*
Prælatis ea facere, & liberantur
Agricolæ incipitati fidalgorum,
ex Ord. libr. 2. tit. 58. in princip.
ubi Peg.

Septimò ad illa verba: *empre-16*
timos; notamus decuriones posse
petere pecuniam mutuam à di-
tioribus pro necessitatibus popu-
li, ut probatur ex relatis verbis,
& cum infinitis docet *Peg. ad*
Ord. lib. 1. tit. 66. §. 40. gloss. 43.
n. 7.

Octavò ad illa verba ibi: *Nem 17.*
outros alguns encargos; notamus
per hæc verba, & per hanc
clausulam immunes esse familia-
res,

res, officialesquè Sanctæ Inquisitionis, à quibuscumque oneribus,
 18 quæ à conciliis Civitatum, & op-
 pidorum imponi possunt, quia
 prædictæ dictionis ea est natura,
 ut prorsus tollat omne dubium, &
 omnia includat: *Barbos. dict. 299.*
 19 Nondò ad illa verba: *Que pelos*
Concelhos, ou lugares onde forem
moradores fore largados; notamus,
quod licet videatur verba hacte-
tenis relata nulla continere privile-
gia, cu per præsentia verba sint res-
trictæ ad collectas, impositiones, &
onera, quæ à conciliis fieri valeant,
 20 *& concilia collectas, impositiones*
imponere non possunt, ut resolvit
Balmass. de collect. quæst. 45. &
6. per tot. Peg. cum multis ad
Ord. lib. I. tit. 66. §. 40. gloss. 43.
n. 9. 10. & 11. tamen cum conve-
lia ex concessione regia in multis
casibus collectas, & impositiones
valeant imponere prædicta privi-
legia inania censi non debent.
 21 Decimò ad illa verba: *Por qual-*
quer modo, e maneira, que seja;
notamus ex vi hujus dictionis fa-
miliares, officialesquè Sanctæ
Inquisitionis non solum esse im-
munes ab oneribus suprà relatis,
sed à quibuscumque aliis quocum-
que nomine dictis; quia dictionis
quovis modo ea est natura, ut om-
nia comprehendat, etiam ea, quæ
alias non venirent, ac includat
omnem modum, tam principa-
lem, quam directum, tam inci-
dentem, quam indirectum: Barb.
in infinitis relatis dict. 339.

A quibus annotationibus infero
 primò, familiares, officialesquè
 Sanctæ Inquisitionis nō teneri sol-
 vere collectas impositas ad profe-
 quendam aliquam litem populi,
 quas imponere possunt servatâ for-
 mâ, de quâ in *Ord. lib. I. tit. 66. §. 24.*

41. ubi Peg. gloss. 44. num. 1. Bal-
mass. de collect. q. 107. Portugal
de donat. Reg. 3. part. cap. I. nu-
mer. 37.

Infero secundò, familiares, of-
 ficialesquè Sanctæ Inquisitionis
 non tenéri solvere collectas, quas
 Judex Ordinarius potest impone-
 re pro satisfaciendis præmiis illis,
 qui lupos occidunt, ex *Ord. lib. I.*
tit. 65. §. 21. ubi Peg. gloss. 23. num.
3. & tit. 62. §. 77. ibi Peg. & Bar-
bos.

Infero tertio, familiares, offi-
 cialesquè Sanctæ Inquisitionis
 non teneri solvere collectas, quas
 pro alendis infantibus expositis
 Decuriones imponere possunt, ex
Ord. lib. I. tit. 66. §. 41. ubi Peg.
gloss. 44. n. 5. & tit. 73. §. 4. ubi Peg.
& tit. 87. §. 11. gloss. 13. num. 41.
Balmass. de collect. quæst. 57. per
tot. & nos diximus latè de muner.
judic. Orphanor. tradit. 2. de Divi-
sionib. lib. I. cap. 9.

Infero quartò, familiares, offi-
 cialesque immunes esse à collec-
 tis, quas Decuriones imponere
 valent pro seminariis conservan-
 dis: *Barbos. ad Sacrum Consilium*
Tridentin. de reformatione sesio-
ne, 23. cap. 18. Balmasse. de col-
lect. quæst. 58. dummodò semi-

- narla sint secularia, secus si Ecclesiastica.
- 31 Infero quinto, familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis esse immunes à collectis, quas pro alendis incarceratis imponere valent Decuriones: *Balmased. de collecti. quest. 76. num. 15. Guasin. de defension. Reor. defension. 6. cap. 1. n. 3.*
- 32 Infero sexto, familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis esse immunes à collectis, quas Decuriones ex causâ necessitatis propter bellum, vel pestem sine Regis licentiâ impónere possunt: *Avendan. de exequend mandat. cap. 14. num. 18. Phæb. decis. 34. num. 13. Portug. de donat. 3. part. cap. 1. num. 41.*
- 33 Infero septimo, familiares officialesquè Sanctæ Inquisitionis immunes esse à solvendis collectis, quas Decuriones imponere valent pro extinguendâ locustatum plagâ in territorio existenti: *Portug. aliis relatis supr. à num. 41. in fin. Balmased. de collecti. q. 53. pertot. latissimè Cortiad. decis. 230. à num. 1 usq. ad 93.*
- 34 Infero octavo, familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis immunes esse à collectis, quas Decuriones in aliquibus Civitatibus de consuetudine imponunt pro celebrandâ festivitate Corporis Domini nostri JESU Christi officialibus mechanicis: sed contrarium tradit *Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 58. in princip. num. 12: ubi re-*
- solvit, quod nullus officialis mechanicus ad solvendum ad processiones erat immunis nisi ad vexillam, quæ ad alias divagatur partes: *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 66. §. 48. gloss. 51. pertot.*
- 35 Infero nono, familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis immunes non esse à collectis, quæ fiunt pro reficiendis, reparandis, construendisquè Ecclesiis parochialibus, ubi vel ex contractu, vel ex consuetudine, aut possessione ad id tenentur: *Ord. lib. 1. titul. 62. §. 76. Balmased. de collecti. q. 56. per tot. Peg. in d. §. 76. gloss. 83. pertot., quia de hoc casu non loquitur privilegium: Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 56. in princ. n. 9.*
- 36 Infero decimo, familiares officialesquè Sanctæ Inquisitionis immunes esse à collectari possunt in casu supra dicto ad construendam, reparandam, & reficiendam parochiam, sed ad ornandam de rebus necessariis decenter, & ad alendam parochiam, quando redditus Ecclesiastici ad id nō sufficiunt: *Peg. & Balmased. supr. Barbos. ad Concilium Tridentin. de reformation. sess. 21. capit. 7. & de offic. & potestat. Episcop. alleg. 64. p. 3. Pereir. de manu Reg. 1. part. cap. 18. Valensuel. conf. 18. Giurb. decis. 86.*
- 37 Infero undevigesimo, familiares officialesquè Sanctæ Inquisitionis immunes esse à collectari possunt in casu supra dicto ad construendam, reparandam, & reficiendam parochiam, sed ad ornandam de rebus necessariis decenter, & ad alendam parochiam, quando redditus Ecclesiastici ad id nō sufficiunt: *Peg. & Balmased. supr. Barbos. ad Concilium Tridentin. de reformation. sess. 21. capit. 7. & de offic. & potestat. Episcop. alleg. 64. p. 3. Pereir. de manu Reg. 1. part. cap. 18. Valensuel. conf. 18. Giurb. decis. 86.*
- Forenses pro bonis, an solvere teneantur? Inquiritur, & affirmativè resolvit *Fluvius Pacianus conf. 7. n. 99. Negativè Balmass. quest. 56. num. 13. & merito, quia hujusmodi collecta est personalis, & ideo habens duas parochias, quoad*

quoad parochiam, quam magis
frequentat, collectari debet: *Bal-*
mass. q. 56.n.17.

42 Infero decimò, familiares, offi-
cialesquè Sanctæ Inquisitionis
cogi non possunt ad mutuandam
reipublicæ pecuniam ad emendos
panes, licet cæteri ad id cogi va-
leant tempore necessitatis, ut do-
cent DD. quos laudavimus n. 16.
Mexia in tractat. taxæ panis cō-
clusion. 1. à num. 18. Avendan.
de exequend.mandat. 1.p.cap. 19.
num. 34. & 2. part. cap. 14. num.
9. Menchac. illustrium cap. 6. à
num. 7.

43 Infero undecimò, familiares,
officialesquè Sanctæ Inquisitionis
non tenéri ad collectas, quæ à De-
durionibus fiunt pro conficiendis,
construendis, reficiendis, aut re-
parandis pontibus, fontibus, aut
plateis; quia hoc onus pertinet ad
concilia, in quorū territorium
pones, fontes, plateæ, aut con-
trauntur, aut reficiuntur; & fami-
liares, officialesquè ab omnibus
conciliorum oneribus sunt immu-
nes, ut hactenùs diximus.

44 Cæterum hæc nostra illatio
vera non est, immò contrarium in
controversum autūmamus, nempē
tenéri ad has collectas; tūm quia,
quandò collecta imponitur ad de-
fensionem, & custodiam Civita-
tis, aut ad reficiendas pontes, fon-
tes, aut plateas, nemo ab hujus-
modi collecta excusatur, ut pro-
batur ex *Ord.lib. 1. tit. 66. §. 43.*
ubi Peg.gloss. 46. à numer. 4. & ex

Ord.lib. 2. tit. 58. §. 4. ubi Peg. gloss.
6. l. 2. Cod. de immunitat. nemini
concedend. lib. 10. ubi latè Ama-
ya, & Peres, tradit etiam Avitt.
in cap. Prætorum cap. 23. gloss.
dêm ordem, Cardin. Deluci in
theatr.veritat.& justit.tom. 2. de
regalib.ad materiam viarum dis-
curs. 139. Simanch.de republ.lib.
6. capit. Balmassed. de collect. q.
115. à num. 14. nisi habeant, &
ostendant privilegium, in quo ex-
pressè ab hujusmodi collectis sint
privilegiati, ut probatur ex dicto
§. 43. & familiares, officialesquè
expressum privilegium, per quod
hujusmodi immunitas concedatur,
non habent.
45
Tūm quia hæc munera sunt
publica, & concernunt commu-
nem utilitatem, unde æquum, &
justum est, ut nemo ab his immu-
nis, & liber sit: Peg. ad Ord.lib. 1.
tit. 66. §. 43. gloss. 46. num. 6. & ad
Ord.lib 2. tit. 58. §. 4. gloss. 6. num.
1. Cardos. verb. collecta. Cabed.
decif. 91. & 213. num. 12. Phæb.
decif. 32.

46
Hinc venit, quod licet Fidalgi,
Scutiferi, Equites, Doctores, Le-
cenciati, Bachalauri in sacra
Theologia, Judices, Decuriones,
procuratores conciliorum, & the-
saurarii actuales, & plures alii,
de quibus *Ord.lib. 1. tit. 66. §. 42.*
& ibi Peg. à num. 1. usque ad 25.
immunes sint à collectis concilio-
rum, non tamen excusantur à
collectis impositis pro construen-
dis, reparandis, aut reficiendis

muriis, fontibus, pontibus, & plateis, ut patet ex dict. §. 43. & ex dictis ibidem à Peg. & quoad milites, regim. Gubernator. §. 12.

⁴⁹ Procedit etiam, quod licet Agriculæ incipitati fidalgorum immunes sint à collectis concilio-⁵⁰ rum, ex Ord. lib. 2. tit. 58. in princip. & ibi Peg. ab his collectis non eximuntur, ex eadem Ord. dict. tit. 58. §. 4. ubi Peg. & Barbos qui alios referunt.

⁵¹ Senatores vero, & omnes illi, qui privilegio Senatorum munintur, etiam à collectis, quæ sunt ad construendos, reficiendos, aut reparandos muros, fontes, pontes, & plateas sunt immunes; quia ita expressum est in Ord. lib. 2. tit. 59. in princip. ubi Peg. gloss. 2. à num. 5. nihil desiderandum relinquit, & hi sunt tantum, qui in nostro Regno ab hujusmodi collectis eximuntur: Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 66. §. 43. gloss. 47. num. 19. & 20. ubi sic judicatum tradit.

⁵² Infero duodecimò, familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis non tenéri ad collectas, quæ sunt ad refectionem aggerum, vulgo Valladoens, e marachoëns, nisi habeant propè flumen juge-⁵³ ra, & glebas terrarum, respectu quarum collectari valent, nam etiam in isto casu Senatores collectantur suo privilegio minimè obstante, ex Ord. lib. 2. tit. 59. in princip. ubi Peg. gloss. 2. num. 7. & nullus est privilegiatus, ut patet

ex regiminè aggerum, vulgo dos marachoëns, quod tradit Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 33. §. 31. num. 8. cum seqq. & circa materiam multa tradit Aresta ad Ord. lib. 1. titul. 66. §. 43. gloss. 46. à num. 23. ubi ⁵⁴ num. 27. judicatum tradit collonus Canonicorū regularium Divi Augustini non tenéri solvere collectas impositas ad construendos, seu reficiendos pontes, & de privilegiis collonorum monasteriorum Ord. lib. 2. tit. 15. ubi Peg. in specie de privileg. Agricolor. dict. Ord. n. 2.

Infero decimo tertio, familiares, officialesquè Sanctæ Inquisiti-⁵⁵ onis immunes non esse ab onere tenendi equam ad creationem equitum, siuxta regimen creatio-⁵⁶ num equitum habeant qualitates in eo requisitas, quia ad hoc non habent privilegia, licet Senatores, & omnes, qui eorum privilegiis muniuntur, ad id cogi minimè valeant, ut judicatum tradit Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 25. §. 3. gloss. 5. n. 4. 5. 6. 7. & 8.

Redeundo tandem ad verba illa nostri textus: *Naō seja o conf-⁵⁷ trangidos a que vaõ prezros, undeci-⁵⁸ mò notamus familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis ex vi prædictorum verborum cogi non posse transmutare carceratos, de quorum transmutatione agit Ord. lib. 5. tit. 143. nec solvere collectas impositas ad eorum transmutationē, de quo agit Ord. lib. 1. tit. 66. §. 44. ubi Peg. gloss. 47. n. 5.*

Duodeci-

- 58 Duodecimò ad illa verba: *Nem com dinheirv*; notamus decuriones posse cōgere unum de concilio ad ferendam pecuniam Regis, vel concilii ad certum locum, sed ab hoc onere ex vi dictorum verborum esse immunes familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis, prout agricolæ fidalgorum, ex *Ord.lib.2.tit.58.* & Senatorum, ex *Ord.lib.2.tit.59. §.1.*

59 Decimo tertio ad illa verba: *Nem sejaõ tutores, ou curadores de pessoa alguma, salvo se as tutorias forem lidimas*, notamus quēlibet de populo per viam regulæ cogi posse ad subeundum onus tutoris, aut curatoris, ut latè diximus de muner. judic. Orphanor. tradi. 3.lib.1.cap. 2. sed ex vi privilegii relati familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis esse immunes à tutelis, & curis non legitimis, ut latè diximus d. tradi. 3.lib. 8.cap. 1. docet cū multis *Otterus de officialib. Reipublic. cap.12.n. 21.* & regulare est, quod pri-
 60 vilegium immunitatis ab onere tutelæ, & curæ ad legitimas non extenditur, ut diximus d. tradi. 3.lib. 2. cap. 1. & ideo privilegium immunitatis tutelæ, & curæ con-
 61 cessum agricolis fidalgorum in-
 62 capitatis ad legitimam non exten-
 63 ditur, ut patet ex *princip. Ord.lib. 1.tit.58. ubi Peg.*

64 Decimo quartò ad illa verba: *Nem usem officios do Concelho contra suas vontades*, notamus ex hoc privilegio familiares, officia-
 lesquè Sanctæ Inquisitionis istam exemptionem, ut inviti officia rei-
 publicæ suscipere non cogantur, utique habent, nt melius, & ap-
 tius fidei causis, & ministerio ab 65
 65 ipsis exhibendo vocare possint; li-
 cet, si volunt, talia officia gratis ac-
 ceptare non prohibeantur, &
 cum exercuerint, si in eis delictū
 commiserint, utique privilegio
 Sanctæ Inquisitionis non gaude-
 bunt, sed à judicibus secularibus
 plectendi sunt, ut diximus *cap.15.*
 & quoad hispanos probatur ex *l. 20. titul. 1. lib. 4. novæ recopila-
 tionis*, & in nostris terminis ita do-
 cet *Otter. de officialib. reipubl. cap. 12. num. 2. copiosè Narbon.*
 in *dict. l. per tot. & maximè à num. 132. & 133. Balmassed. de col-
 lect. quest. 52. num. 12. & 13. & in simili Benedict. Pereir. in sua
 Academia lib. 3. disp. 4. quest. 9.
 per tot.*

Quæ conclusio, seu doctrina non solum in officiis, quæ parvi momenti sunt, intelligenda est; verùm etiam in officiis honorificis, ad quæ contra illorum voluntatem eligi non debent: *Balmass. supr. dict. numer. 13. ubi inquit, 66*
 quod hæc est limitatio ad *tx. in l. honorib. 8. ff. de vacationib. & excusat.muner.* ubi ab officiis honorificis, nullus quantumvis privilegiatus excusari potest, quā de re *Otter.de officialib. reipubl.cap. 12. per tot. Peg.ad Ord.lib. 1.titul.67. §.10. & ad Ord. lib. 2.titul. 59. in princip. gloss. 2. à num. 4. & lib. 1. 67*
 68 *tit.88*

- tit. 88. §. 43. & lib. 2. tit. 58. in princip. & tit. 59. §. 1. Pereir. d. quest. 9.
68. Ex hac resolutione colligo familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis non posse cogi, ut invitum munus Judicis, Decurionis, Edillis, Procuratoris Concilii, & Depositarii Orphanorum subeant, tūm quia ita tradunt DD. suprà;
69. tūm quia officiorum appellatione veniunt tam infima, quam superiora officia: *Barbos. appellativ. i 76.* tam vilia, quam honorifica, & ita sēpē sēpius vidimus familiares ad prædicta officia electos excusatos.
70. Verūm contra hanc resolutionem, & doctrinam multa obstante videntur, quæ responsione indigent, ut semotā formidine prædicta doctrina practicari valcat. Et primò obstat *Ord. lib. 1. tit. 67. §. 10.* ubi legislator noster disposuit, quod à prædictis muneribus, nemō excusari valcat prætextu cuiuscumque privilegii, nisi in eo sit expresse, & specialiter provisum, ut à prædictis honorificis officiis immunes sint; sed in privilegio ita non est expressum: ergo nihil quoad honorifica officia prodest.
71. Augetur ex *Ord. lib. 2. tit. 58. in princip.* ubi legislator postquam disposuit agricultores incipitatos fidalgorum cogi nō posse subire officia conciliorum, declaravit prædictum privilegium non comprehendere officia Judicis, Decurionis, Edillis, Procuratoris.
- Concilii, & Depositarii archæOrphanorum; & ex *Ord. lib. 2. tit. 59. §. 1.* ubi similiter legislator postquam disposuit colonos Senorum cogi non posse ad suscipienda officia cōciliorum, declaravit prædictum privilegium eos non excusare ab officiis Judicis, Decurionis, Edillis, Procuratoris, & *Depositarii.* & dat rationem, quia nullum est privilegium, per quod hujusmodi excusatio tribuatur; deducta ex dict. l. honoribus 8. & ex plurib. aliis, quos refert *Otterus d. cap. 12.*
- Accedit etiam, quod immunitas concessa à munera ordinaria, sed tantum ad extraordinaria: *Barth. in l. omnes Cod. de annonis, & tributis. Peg. ad princip. Ord. lib. 2. tit. 59. gloss. 2. n. 7.*
- Difficili responsione hæc omnia sunt, ita ut congruā careant, nisi quod licet hæc omnia vera sint ex dispositione, & decisione supradictorum jurium, quoad familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis ex mente legislatoris limitantur; quia cum tempore conditæ Ordinationis adhuc non essent, non poterant in mētem legislatoris venire, ut eos expresse excusaret, quod verosimile est, si de illis cogitare potuisset, nam favor fidei, & religionis amor, quo nostri Serenissimi Reges erga fidem, & religionem ducuntur, ita postulabat, & instanter petebat, ut à sacris munera ad profana

fana inviti non traherentur , & dum his adessent, illis adfuerint, & ita ratiocinat: *Balmassed. dict. n. 13.* & circa scholaisticos *Perreir. in sua Academiâ lib. 3. disp. 4. quæst. 9.* propter incompatibilitatem.

gior. & exemption. explication. num. 176. Portug. 1. part. cap. 10. à n. 109. undè nihil mirum , quod etiam dispositio generalis prædictæ *Ord. dict. §. 10.* ex ratione particulari, qualis est favor religionis, limitetur quoad familiares , officialesquæ *Sanc^te Inquisitionis,* & vel maximè cum consuetudo , quæ optima legum interpres est, ut diximus , ita ejus generalem dispositionem temperavit, & interpetrata est: & quoad milites est *regim. Gubernator. dict. §. 20.* de quo *Peg. ad Ord. lib. 2. titul. 47. ad rubric. à num. 1. usque ad 68.* ubi tradit judicatum capitaneos tantum auxiliares immunes esse à muneribus conciliorum.

- 77 Responsio hæc optimè confirmatur , quia etiam nostræ *Ord. lib. 1. tit. 67. §. 10.* dispositio non comprehendit Reguengarios ; de quibus *lib. 2. tit. 31. Barbos. in dict. §. 10. & ibi Peg. gloss. 12. n. 2. per l. semper §. colloni de jur. immunitat.* nec privilegiatos à muneribus publicis ex titulo oneroso, nec eos, quibus simile privilegium ob benemerita concessum fuit: *Peg. d. n. 2. & ad Ord. lib. 1. tit. 3. §. 39. à n. 85. Menoch. conf. 156. n. 33.* ubi id DD. & exēplis confirmat *Phæb. 1. part. decis. 33.* neque nobiles , quos dicimus *Fidalgos;* teste *Peg. in dict. §. 10. gloss. 12. n. 4. Cabed. 1. part. arest. 89.* ex eâ tantum ratione , quia quantumvis lex in sua dispositione generalis sit , recipit limitationes à ratione , ex quâ animatur tanquam corpus ab anima: *Barbos. axiom. 136. num. 9.* & ideò lex, vel dispositio generalis restringitur ex ratione particulari, ex l. *cum pater §. dulcissimis ff. legat. 3. l. si de certa re Cod. de transact. Simon Vas Barbos. in principiis, & locis communib. litterâ L. num. 30. Flamin. de resignation. tom. 2. libr. 1. quæst. 4. num. 14. Girond. de privile-*

81 Colligo ulteriùs officiales , familiaresquæ *Sanc^te Inquisitionis* non posse cogi ad cætera alia munera concilii, sive superioribus parria, sive inferiora : quia si , ut diximus , excusantur ab illis , à quibus lex nullum privilegiatum regulariter excusat ; à fortiori excusantur ab illis , à quibus privilegiati regulariter excusat; idèò nec procuratores curiarum , quos dicimus *Procuradores de Cortes;* de quibus *Otter. de officialib. reipublic. 2. p. cap. 9. per tot.* neque exactores, aut receptores , depositarii, inviti eligi possunt , & si jam prædicta , vel similia officia exercuerunt , non ideò ad ea inviti iterum cum effectu eligi valét, ut in simili resolvit *Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 67. §. 10. gloss. 12. num. ult.* Oo & nos

& nos infra cap. 24.

83 Benè verum est, quod si libēter ea exercere inceperint, ea ad finē producere cogūtur, quia regulariter multa, quæ à principio sunt actus voluntatis, ex post facto necessitatis fiunt, ex regula tx. in l. sicut ab initio 5. ff. de obligationib. & actionib. & nos latè diximus de muner. *Judic. Orphanor tradit. I. libr. 4. cap. 6.* nisi servitium Sancti Officii laedatur, quia tunc poterunt Inquisitores Apostolici jubére, ne continuare cogantur.

84 Ab officiis, quæ cultū Divinū spectant, non excusantur, quia servire Deo regnare est; & ita in terminis resolvit *Balmased. de collect. quest. 52. num. 14.* & 15. dummodò non sint incompatibilia.

Decimo quinto ad illa verba:
85 *Nem lhe tomem de aposentadoria suas casas de morada, nem cavalharicas, nem quaesquer outras em que elles se pouzarem, posto que suas não sejaão; notamus domos, seu proprias, seu alienas, in quibus familiares, officialesque vivunt, alteri ad hospitium dari non posse, ut latè diximus cap. 10. per tot.*

86 Decimo sexto ad illa verba:
Antes lhas dêm, e façaão dar de aluguer por seu dinheiro, se as elles não tiverem, e houverem mister, notamus nō solum familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis habere privilegium, ut domos, in quibus vivunt, alteri ad hospitium

dari nō posse, sed si domos proprias non habeant sufficienes ad habitandum, illis dandæ sunt, non tantum habiles ad suam habitationē, sed ad totam suam familiam, & 87 ad fructus suos, & animalia, quia habitationem habere non cēsetur, qui illam non habet ad commodè habitandum cum integra sua familiâ, & necessariis ad illam, ut diximus cap. 10.

Ampliamus resolutionem nostram primò, ut dominus ædium compelli possit ad eas locandas: *Gratian. cap. 357. Duen. regulā 213. Benedict. Pereir. in sua Academia, seu Republica litteraria libr. 3. disputat. 4. part. 6. n. 427.* qui licet de scholaftico loquatur, à fortiori procedit in familiaribus, officialibusquè Sanctæ Inquisitionis, quorum privilegia potentiora sunt, ut diximus cap. 18.

Ampliamus secundò, ut locum habeat non tantum in ædibus solitis locari, sed etiam in non solitis locari, quandò familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis alibi idoneam habitationem non inveniant, & dominus ædium in illis non vivat, ut de scholaftico tradit *Pereir. d. q. 6. n. 428.*

Ampliamus 3. ut familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis pro eodem prætio cæteris conductoribus etiā privilegiatis præferatur, dummodò privilegiati, quoad hospitium, non sint in possessione hospitiū,

hospitii, quia privilegiatus contra pariter privilegiatum non gaudet
91 privilegio, ut diximus *cap. 18.*
maxime cum in praesenti familiares, officialesque agunt de lucro captando, & privilegiati, qui domus jam habitant, de damno vitado, & in tali casu jura potius faveant agentibus de damno vitando, quam de lucro captando; sed si ambo concurrant sine possessione, tunc privilegiatus præfertur non privilegiato, & magis privilegiatus minus privilegiato, ex his, quæ docent *Pereir. supr. num. 429. Barbos. in l. 1. ff. solut. p. 7. n. 51. Duen. reg. 213. Gom. 2. variar. cap. 3. num. 5. ibi Aylon Gratian. cap. 357. num. 14. Valasc. de jur. emphyteutic. quæst. 24. DD. ad text. in cap. 1. de locat. ubi Barbos. & Gonzal.*

92 Ampliamus quartò, ut finita prima locatione non possit dominus ædium eas, cui voluerit, locare, si familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis reconducere eas voluerint: nam licet regula sit, quod finita locatione possit dominus, cui voluerit, ædes suas locare, deducta *ex l. ne cui Cod. de locat. l. nemo eod. tit. Barbos. ad tx. in cap. 1. de locat.* hæc regula fallit in scholaribus domorum conductoribus; *Barbos. d. quæst. 7. n. 51. Pereir. dict. quæst. 6. n. 429. E. num. 432. Duen. dict. regul. 213. ampliat. 3. Rebus. de privil. scolasticor. privileg. 9. & consequenter in familiaribus, of-*

ficialibusque Sanctæ Inquisitionis, quibus jus hospitandi competit.

